

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvvm Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvvm Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab
Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici
dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

1 Filius natus in figura matrimonij, iustè credere potest se esse legitimum,
ad hoc vt ordinari possit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

ius, super quo dispensare potest, secus tamen est in Episcopo.
8 Dispensatio probibens filium obtinere beneficia patris in eadem ecclesia, cum sit exorbitans, & odiosa, non comprehendit nepotem legitimum ex filio illegitimo.

DECISIO I.

Ex consil. i. in virisque.

Filius natus in figura Matrimonij, qui multis annis credit se filium mariti matris suae, & omnes etiam communiter, ubi natus, & e situatus in sua infancia, & pueritia fuit, eum pro legitimo habuerunt, iuste, & tuca conscientia credere potest se legitimum esse, quamvis eius mater postea, & viuens, & moriens dicat illum non esse legitimum, & credendo firmiter se legitimum esse, siue dispensatione, aut scrupulo ordinis sumere potest; Quod si ob dictum matris dubius sit, & dubium illud aut non potest, aut deponere non vult, non potest sine peccato, & dispensatione ad ordines promoueri, quia qui contra conscientiam suam agit, edificat ad gehennam, c. fin. de praet. &c. ad audientiam de homic.

DECISIO II.

Ex consil. i. deess. in Novis.

I Legitimus putans se habere dispensationem Papae ad ordines sacros, cum tamen non haberet, nisi commissiōnem de dispensando ordinario missam; & bona fide sub diaconatum ab alio Episcopo cum literis dimisitoris accipiens, in suspensionem, & irregularitatem non incidit: ex Nau. c. 25. nu. 70. & ea. 27. nu. 155. Et licet subdiaconatu in ita fine dispensatione sumendo suspensus fuisset, cum etiam Episcopus originis dispensare potest, maxime cum tempore facta ordinatio facta sit bona fide sine dolo, c. Lugdunensis, & gl. c. non inquit atq. 9. q. 2. cum Episcopus regulatiter ab omni suspensione lata a iure absoluere possit, ita Syl. ver. suspensiō. q. 8. arg. ca. nupet. de sent. exc. unde sicut Episcopo absolvitur, ad superiores ordines ascendeat v. i. Ab irregularitate vero si quam contraxisset illegitimitas celebrando in suspensione, virtute iubilaei, neque in foro exteriori, neque in interiori absolvi & liberari potest: sed neque per iubilaei absoluī, quis valet a suspensione quoad forum exterius, nisi id in eis exprimatur, quod tam in rarissimè sit, quamvis in foro conscientiae a suspensione iubilaei virtutem liberandi habeant, cum iubilaeo futurum. Dei regulariter respiciant.

DECISIO III.

Ex consil. 3. alias 6.

C Ollatio beneficij, aut canonici facta illegitimo. Cum quo episcopus originis solum dispensavit ad ordines minores, & non ad beneficium, non est valida, ca. fin. de filiis presb. Et quamvis episcopus originis cum illegitimo non solum ad ordines, & beneficium simplex, ca. 1. & 2. de fil. presb. in 6. sed etiam ad canonicatum Ecclesie cathedralis dispensare potest, ex Artib. in d. cap. 1. & 2. de fil. presb. in 6. ad talen tamen canonicatum dispensare non censetur, nisi id exprimat. Franc. in capit. 1. de fil. presb. in 6.

DECISIO IV.

I Legitimus factus religiosus, per professionem factus legitimus, sine dispensatione, & sacros ordines assumere, & alia quæcunque beneficia manuaria, & officia regularia sui ordinis, & monasterii habere potest, si careant cura animarum, & quæ qui habent, non dicuntur prelati, c. 1. de fil. presb. & Cardin. bid. & solo iuri communis attento omnia beneficia regularia præter prelaturem cœuentiales sunt manualia, & quæ ad nutum dari, & auferri possunt, c. 2. & c. 3. cum ad Monasterium, s. tales, de statu monach. Prælati autem soli propriæ sunt episcopi, & superiores eorum, & Prefecti ecclesiæ collegianis Secularibus, vel Regulibus, & non alijs etiam si copiosos redditus habeant, ca. 2. cum ad ecclesiæ, de off. ord. ca. cum in illis, s. illis vero,

de prob. in 6. Cardin. in cle. Dudum, s. statuimus, q. 9. de se- pult. illegitimus autem regulatis sine dispensatione beneficium curatum habere nequit, etiam si illud Manuale sit. Ant. & Card. q. 8. & 9. in c. 1. de fil. presb.

[Nunc autem omnia circa illegitimos iuxta constitutionem S.D.N. Sixti V. & eius declarationem intelligenda sunt addita moderatione Bullæ Greg. 14. incipientis, Circumscripta anno 1590.]

DECISIO V.

Ex consil. 4. alias 9. de prebend.

C Ommenda beneficij, vel collatio beneficij in commendam facta, si temporalis sit, ca. Nemo deinceps, de elect. in 6. qualis est etiam illa, per quam beneficium litigiosum commendat ordinarius alicui, vt seruat ei lit pendente, c. 2. ut lit. pend. in 6. & per quam hodie commendatur ecclesia parochialis per viam vicariæ, donec illi de Reckto prouideatur: prout statut. Conc. Trid. sess. 24. ca. 18. de refor. & per quam Papa solet aliquando beneficium sibi reseruatum vacans commendare alicui, donec illud alicui conf. rat, non dat ius in beneficio, nec commendatarius facit fructus suos, neq; est prælatus beneficij, sed procurator, habens tamen legitimam administrationem: Commenda vero perpetua, per quam Sedes Apostolica cōfert beneficium in Commendam quoad vitam Commendatarij, c. illud, c. qui plures, c. relatio, d. 21. q. 1. Pan. in c. querelam, de relect. & Gomez. in regul. de infir. resign. q. 13. & de trien. profess. q. 5. habebut pro titulo legitimo, & commendatarius tales pro Prelatis habentur, & faciunt fructus suos, & facere possunt quicquid possunt titulares, exceptis ijs, quæ per literas commendatorias eorum excipiuntur.

DECISIO VI.

D Ispensatio ad unum beneficium expirat per acceptationem alterius collati in Commendam perpetuam, c. 1. de fil. presb. in 6. & Gomez. vbi supra, q. 5. non tamen si commendaverint temporales, tunc enim per illas dispensatio non censetur exungi.

DECISIO VII.

Ex consil. 5. alias 2.

C Omes Palatinus, aut alius secularis princeps cum illegitimo ad ordines minores, aut beneficium simplex dispensare nequit, cum huicmodi facultatem legitimandi quoad spiritualia non habeant; vnde collatio beneficij illegitimo alicui, a talibus dispensato, facta nulla, & inutilia est, cum omnis illegitimus ante debitam legitimacionem, vel dispensationem ab habente ad hoc potestatem, beneficij ecclesiastici incapax, & inhabilis sit, ex toto tit. de fil. presb. & co. tit. in 6. ordines autem Minores virtute talis legitimacionis a Princeps seculari facta suscipiens non est ipso iure suspensus, suspendi tamen potest. cap. vel non est compos. de temp. ord.

DECISIO VIII.

Ex consil. 5. in Novis deess. in antiquis.

8 I Legitimus ab Episcopo, cui neque ratione originis, neque ratione beneficij, neque ratione domicilij subditus, ad ordines Minores sine expressa dispensatione ab illegitimitate, male ordinatus esse censetur, cap. primo, de filiis presb. in 6. Neque episcopus talis sic aliquem ordinando aut potest, aut secum tacitus dispensare censetur. Quamvis enim Papa, quando aliquid facit contra ius, super quo dispensare potest, tacitus dispensare iudicatur Arg. i. quidam consulebat, ss. de regul. iur. Secus tamen in episcopo dicendum est, ex Pan. in ca. diuersis fallacijs, de cetero coniug.

DECISIO IX.

Ex consil. 8. & 10. in Novis, eadem sunt, de sunt in antiquis.

9 Filius qui ante Concilium Tridentinum, sess. 25. de ref. c. 15. ex dispensatione Papæ beneficium obtinuit in Ecclesia, in qua pater eius mortuus fuerat beneficarius, mortuo